



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIX. Markgraf Ludwig verleiht die Hälfte des Schulzenamtes in Soldin an
Bürger daselbst, am 9. September 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XVIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Domstifte zu Soldin mehrere Gebungen,
am 28. Januar 1340.

Ludowicus etc. Singulis et uniuersis etc. salutem et noticiam subscriptorum. Salutare remedium magnificorum principum bone recordationis Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum, nostrum, heredum et successorum nostrorum intima deuotione pensantes, honorabilibus et discretis uiris Preposito, Decano et Capitulo ciuitatis nostre Soldin ob id, ut cultus diuinus, cuius aumento semper intendere nitimur, uerius augeatur, appropriauimus, donauimus, appropriamus presentibus et donamus VIII talenta annuorum reddituum, in moneta ciuitatis nostre Kungesberg sita, que Valko, quondam monetarius in Soldin, habuit et possedit, septemque mansos in campis opidi Nyenburg sitos, quorum II Arnoldus de Liuenthal et V Bruno et Henningus de Bune, tresque choros siliginis annue deriuacionis in molendino Lieuenueled, prout Hermannus, Ludolfus de Mellintin, Henricus et Betkinus de Pyritz tenuerunt et possiderunt, quiete et pacifice sine impedimento quolibet sub modis, iuribus, condicionibus et graciis, sicuti prenominati predictos redditus et bona tenuerunt et possiderunt, omnimode possidenda, Tali cum conditione interposita vel adiecta, quod vicarii siue persone officiantes quecunque, quibus dictorum reddituum, obuencionum et deriuacionum suffragium in aliquo suffragabitur, singulis horis, canonicis, diurnis pariterque nocturnis, secundum statutum et consuetudinem solitam collegii prenominati intersint, obmissione qualibet postergata. In cuius etc. Testes Guntherus comes de Swartzburg, Io. Buch, Heylo, Marschalcus, Bombrecht, pincerna, Hasso de Wedel, Ty. de Brederlo cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XL., feria sexta post conuersionem sancti Pauli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XIX. Markgraf Ludwig verleiht die Hälfte des Schulzenamtes in Soldin an Bürger daselbst,
am 9. September 1341.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus etc. discretis uiris hen. meynen et hen. et henzen, dictis Junghen, ciuibus in Soldin, fidelibus nostris dilectis, suisque ueris et legitimis heredibus medietatem officii prefecture siue scultetatus ciuitatis predictae, quod officium predictus hen. meyne ab eodem hen. dicto Junghen sua parata comparauit pecunia cum singulis etc. sub modis, formis, condicionibus, honoribus et graciis, quibus prenotatus hen. Junghe id ipsum officium a nobis tenuit et possedit, sine inquietatione qualibet nostri, heredum et successorum nostrorum perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Wolfstain, pincerna, Hasso de wedel, milites, Hasso senior de wedel, Wedeko de wedel cum ceteris. Datum ut supra (Soldin, Anno M. CCC. XLI.), in crastino natiuitatis beate marie uirginis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).